



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus**

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

5. Osculum praecisè, ut est actus carni delectabilis & remotè disponens ad seminationem, tantum est veniale.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

modum, & dives, cui palam tollitur, non sentit  
incommodeum nec ideo tale furtum quisquam  
dixerit non esse peccatum: Possimus & adulter-  
ando prodesse, si aliquanisi adhoc ei consentia-  
tur, appareat amando moritura, & si vixerit  
penitendo purganda: nec ideo peccatum nega-  
bitur esse tale adulterium.

His de adulterio dictis restat, ut quoque  
de illis, quæ alia vitia carnis concernunt scil.  
fornicationem & vitia contra naturam pau-  
cis differamus. Primum quidem laxant ij,  
qui viam quodammodo sternunt ad forni-  
cationem, aliaque vitia carnis & docent.

## PROPOSITIO V.

Osculum præcise, ut est actus carni dele-  
ctabilis & remote disponens ad semi-  
nationem, tantum est veniale.

8. Hanc sententiam virtualiter quasi  
condemnavit Anno 1666. felic Re-  
cord. Alexander VII. dum hanc. Est opinio  
probabilis, quæ dicit tantum esse veniale, oscu-  
lum

tum habitum ob delectationem carnalem & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso penitente consensus ulterioris & pollutionis, uscandalosam damnavit & prohibuit. Improbavit illam Lessius de jure & justitia lib. 4. cap. 3. q. 12. n. 59. qui postquam fundamenta contraria sententia retulisset, subjungit: Verum communior sententia est, in istis esse peccatum mortiferum: quæ & mihi probatur in praxi, tum quia communior, tum quia tutius est, ut omnia ista, quam maxime vitentur, tum quia sœpe est periculum ulterioris consensus, & morsæ delectationis, vel euiam pollutionis ratione temperamenti, aut peculiaris dispositionis corporis, quam ob causam expedit in hujusmodi non esse laxum. Et quidem prudentissime. Quis enim tam intelligens, qui delectationem ex contactu personæ sequioris lex ut sit in osculo, aliisque contactibus propinquentem perfectè distinguere valeat, ansibilis sit, an venerea? certè sœpe credo sensibilem judicari, & verè venereum esse: nec ad hoc requiritur, quod in partibus genitalibus semper inordinatus motus oritur: cum impudicus aspectus sœpe detunat, qui

n. 1. 2.

peccatum

peccatum mortale sit, emanente nihilominus illico motu, & quidem sœpe ob naturæ debilitatem, vel indispositionem. Vnde Lessij sententia placet Laymanno lib. 3 secl. 4. n. 14. ubi hanc inter tactum & visum differentiam assignat, quod tactus puta amplexus, oscula &c. magis propinquè tendunt ad concubitum, ideoque delectatio sensibilis, quæ ex tactu voluntariè percipitur, ordinariè est venerea & mortal is. At verò visus, seu aspectus mulieris propinquè non tendit ad concubitum, & delectatio, quæ ex aspectu pulchritudinis percipitur, potest, & sœpe sollet esse non venerea, ut si quis mulieris pulchritudinem contempletur, ob solam curiositatem, erit culpa venialis; sin verò ideo contempletur, ut Dei Authoris potentiam admiretur, nullum peccatum erit per se loquendo. Allegatae jam propositioni sequens assimilatur.

## PROPOSITIO VI.

*Contactus uberum personæ sequioris sexus ex levitate, aut joco est solum peccatum veniale.*

V

9. Non